

**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 3. De documentis notandis cum ex præceptis iudicium aliquod
speciale fertur de peccatis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

generis. In ea autem, qua prioris generis sunt dispensatio falem imperfectam cadere censetur, cum illam quam diximus mutationem admiserint: quod qua ratione contingat ex sequentibus observationibus intelligitur.

Tertia ergo est observationis pars. Cum illud quod sub praecepto iuri naturae cadit, inveniatur repugnare bono communione, aut alteri bono maiori; tunc ipsum cessare, de iure naturae esse: eo quod recta ratio dicit bonum commune praeferendum esse priuato: & bonum maius minori: & spectante ad salutem anima, spectante ad salutem corporis: atque adeo esse modo quodam d. spensatum in praecepto illo, sub quod tale quid cadit: ita ut in eiusmodi causa contrauenire ei, non sit peccatum. Sic igitur non obstante quinto praecepto Decalogi, indicamus maleficos a magistratu sine peccato necari: & in iusto bello cum nocentibus innocentes eis permittos interficere propter commune pacis bonum. Item innocentem probatum in iudicio reum mortis, licite condemnari a iudice, ad vitandum scandala populi, & perturbationem in Republica. etiam si iudeus ipse priuata scientia illum innocentem esse sciat. Sic etiam non obstante septimo praecepto, leges humanae usurpationis, & prescriptionis, auferunt vero dominum quod suum est, propter bonum commune; ut tandem interminabiles ac infiniti dirimantur, paxque publica serueretur. Sic porro iudicamus quando opus fuerit nos debere cum vita periculum (de qua re in precedentibus lib. i. cap. 8. parte posteriori) fidem & Religionem Christianam, Ecclesiae, & auctoritatem tuici, atque salutem animam, siue nostrorum siue alienae, prouidere. Ita ut adultera peccante, non ex malitia, sed ex infirmitate, si a me admonita emendabitur; etiam si mortis periculum mihi ab adultero immineat; debeam illam monere. Similiter populum quem hereticus seducit, si a meminitus emendabitur, teneor mothere, quantumcumque; inde incurram eminem vita periculum: & sic de huiusmodi alijs.

NB. 19.

Quarta observationis pars. Mutationem rei secundum se, aut secundum suam circumstantiam, sepe facere ut ipsa definat esse iurius naturae; ac eius contrarium dicitur à recta ratione, sicut usurpatio rei alienae iniurio domino, dicitur in eo qui premunit extrema necessitate; in qua res ex aliena, sit illi cum domino communis. Dicitur quoque non esse redditum depositum domino furioso, vel hosti Reipublica, quibus restitutum, perniciosum esset. Unde oritur etiam modulus quidam d. spensatum sufficiens ad excusandum à peccato transgressionis praecepti, sub quod talis res cadit. Sic enim in diutibus casibus proxime positis, non peccatur contra praeceptum Non furturn facies. Nec item peccarunt contra praeceptum Non occides: tum Abraham cum voluit filium occidere, cui est ea de causa promissio amplissima facta à Deo (tum Sampson cum interficeret seipsum: quem D. Paulus ad Hebr. 11. numerat inter eos qui adepti sunt promissiones).

Cur autem non peccarint, ratio est: quod in illis casibus conditio occisionis prohibita quinto praecepto, mutata fuerit auctoritate Dei habentis in omnes homines potestatem vitæ & necis: ita ut illos tum ipse per se aut per causas naturales, vel alios homines: tum etiam per seipso inculpate occidere possit; tam ut absolutus Dominus, quam ut Iudeus puniens in nobis peccatum originale, per quod omnes mortem meruit;

Similiter iudicantur Hebrei non peccasse contra praeceptum Non furberis, quidam Exod. 12. mutuo petita ab Egyptiis vafa retinuerunt: quia Deus transtulit in eos dominum talium tertium acceptum; sic ut ex desinenter esse aliena. Quo etiam referri potest Osee executio peccato contra praeceptum Non fornicaberis: cum Dei ius tuum sumpsit sibi uxorem ex qua faceret sibi filios fornicationum: nempe quod Deus suavitatem efficeret, ut Propheta & fornicaria consentirent in matrimonium. Quod vero Propheta iubetur facere filios fornicationum, accipiendo est eo sensu, ut iubetur facere filios illius, quae erat fornicaria. Vide Sotum in lib. 24. De iust. & iure quæst. 3. art. 8. in solutione 3. argumenti.

Quinta observationis pars. Ut sine peccato bonum priuatum ob commune, vel minus bonum ob maius deferatur (si quidem id ipsum siue communis, siue maius bonum obligatorium esse, dicitur recta ratio) sufficere declarationem, per quam constet

de tali obligatione; consequenter enim constabit bonum priuatum vel minus bonum quod ei repugnat, desinere de iure naturae esse, dictari recta ratio. Si autem ipsum commune, vel maius bonum fuerit tantum in consilio: seu quod recta ratio dicit quidem, non tamen ut obligatorium; requiri dispensationem Superioris: quia bonum priuatum vel minus bonum ex eo, quod illi repugnat, non definit esse naturae iure praepicente: quod praeponderat iuri consilienti. Quoniam si dispensatio interueniat postponit potest; quia recta ratio consilens aliquod commune vel maius bonum, dicit quod possit homo propter illud, liberari ab obligatione iuri naturae, eidem bono repugnantem, proscriptiōneq; illius impeditus. Sic ergo Papa in voto & in iuramento, ad ignorām observationem secundum Decalogi praeceptū obligat, dispensat propter commune aut maius bonum: itemq; ad vitanda maiora & frequentia peccata: ut in eo voto quod per humanam fragilitatem facile frangeretur. Ac etiam ad tollendam improbis libertatem vexandi bonos & innocentes: ut in iuramento per metum factio latroni, aut tyranno. Ratio enim naturalis dicitur, tam gratu' esse Deo cauillat, ut ipsa relaxentur ad remouendas peccatorum occasionses; quam ut obligatio ipsorum cum talibus occasionibus maneat. Id quod locum habet etiam si quis iurasset se non peccatum dispensationem: quia tale iuramentum perinde est dispensabile; nec magis obligatorium, quam certa cum quibus omnino, in ratione iuramenti conuenit.

C A P . III.

De documentis notandis cum ex praeceptis iudicium aliquod speciale fertur de peccatis.

S U M M A R I V M .

21. Præceptum non impli qui illud omnino ignorat, etiam si faciat id quod per ipsum præcipitur.
22. Contraria præceptum legi peccat, non modo qui illud transgreditur; sed etiam qui habet præpositum transgrediendi, aut de illius transgreditione delectatur.
23. Quis dicatur voluntaris affectus efficax.
24. Illius differentia ab affectu simplicis complacentie, in ordine ad iudicium de virtute, malitia.
25. Affectus efficax quando inducit naturam simplicis complacentie.
26. Ratio iudicandi de affectu simplicis complacentie, an sit peccatum mortale, necne.
27. Complacentia de peccato prout ipsum est contra proximum, quindam si mortalis.
28. Quando item, cum est de re prohibita, quia mala: ut de actuum pudico.
29. Et quando de re mala, quia prohibita: ut de esu carnium in die ieiunii.
30. Ratio iudicandi de affectu simplicis disiplentie, num sit peccatum mortale.
31. Modus peccandi consentiendo alteri peccanti, ac primo relati in glossa ad cap. 1. & officio delegati.
32. Relati à D. Thom. cuius eorum explicatione.
33. Præcepto naturali, divinum præstitum creditur; & hunc, præceptum humanaum.
34. Hoc procedere, cum inspositum à naturali, aut humanum à diuino removere conditionem necessariam ad obligationem, exemplis declaratur.

P R I M U M E S T . Ut quis censetur præceptum aliquod non impluisse, requiri ut id quod præcipitur egerit, non modo ex scientia de qua ei habita mentio in capit. 1. quest. 2. propofit. tercia: sed etiam ex scientia legis: hoc est, actu, aut salem virtute sciendo se agere secundum legem sibi præscriptam. Ratio est, quia ad seruandam legem præterpetram, requiritur ut quis ei consentiat, velutve id facere quod per eam iubetur. At hoc non potest ille qui nullo modo legis scientiam habet: quia consensus non est sine scientia, per tradita in præced. lib. 1. c. 4. Sic igitur ille qui scit esse præceptum à se obseruandum de audiendo sacro Missæ in die festo, audiri illud cum debita devotione nesciens tamen diem cum esse festum, implet id ipsum præceptum, quia operatur cum cognitione eius falso virtuali: seu quæ cum

NB. 21.

præcesserit actu, per seuerat habitu, etiam si ipse tunc non recordetur actu. Sed si præcipereatur ut omnes ieiunent semel in mensa, & aliquis nihil vnguam de tali præcepto cognovisset, etiam si semel iam ieiunasset, tamen certior postea effectus de tali præcepto, tenetetur iterum eodem mensa semel ieiunare: quoniam antea non egit ex lege quam omnino ignorauit.

Varij modi quibus contingit transgredi unum, & idem præceptum.

SECTIO I.

Nu.22.

Secundum est. Non solum præcepti transgressionem efficit peccatum, sed etiam præcepti transgrediendi propositionem, quod affectus efficax dicitur; immo & deliberata voluntatem delectandi se in præcepti transgressione: etiam si nullatenus sit exequendi illud in quo transgressio ipsa consistit: ut quando quis delectatur de alieno opere malo, vel de proprio præterito vel de peccato absolute, absque ordine ad executionem: quæ quidem voluntas dicitur affectus simplicis complacentia. Cuius documentatio est, quod vt in transgressione voluntaria præcepti, sic & in illius proposito ac in simplici complacentia voluntaria, insit deliberatus in malum consensus; qui constituit peccatum per tradita in præcedenti lib. i. cap. 4. & 5.

Nu.23.

Pro illius autem plena intelligentia notandum est primo, affectum efficacem non tantum esse cum quem sequitur effectus, *transgressio inquam*, vel qui effectu frustrato obimpedimentum solumento externum; sed cum etiam qui prævia deliberatione, iudicative intellectus resolutione, versatur ea ratione circa præcepti transgressionem, vt ad executionem illius tendat voluntatis affectus: à qua tamen retrahatur timore interno alium periculi, quod si non adficeret, exequetur id ipsum quod habet in animo. Exemplum est: cum pecunia cupidus, dicitur affectus, quo plane vellet eam furari; sed non furatur, propterea quod metuit suspendum, vel aliud periculum.

Nu.24.

Notandum est secundo, differentiam efficiendi affectum efficacem & affectum simplicis complacentiam: quod malitia transgressionis præcepti, deriuatur in illum; non autem in hunc. Ratio est, quoniam affectus efficax, est ex se causa transgressionis præcepti: unde licet tempore eam præcedat, neque eam illa sequi postea contingit; merito censetur perinde malus ac transgressio ipsa, cuius ex se causa est. Nam & ea ratione medicina ex sanitate, cuius ex se causa est dicitur sana. Affectus vero simplicis complacentia non est ex se causa transgressionis præcepti; quia non prouenit, sicut affectus efficax; ex consultatione procedendi ad opus; sed ex absoluta ipsius operis propositione facta voluntati ab intellectu. Quo fit vt ad iudicandum de malitia affectus efficacis, sitne mortaliter venialis & quam peccati speciem constitutus; attendendum sit ad opus: cum ille semper repugnet eidem virtuti, cui id ipsum opus: iuxta illud Osee nonno: Facti sunt abominabiles sicut et quæ dilexerunt:] non autem ad iudicandum de malitia affectus simplicis complacentia, cum in illa non deriuatur ex opere malo, de quo complacere contingit: ut argumento est, quod interdum possit esse absque via operis malitia, prout patet ex peccato manis gloria, quod consilium in complacencia de bono operi. Sed quares si hoc sit; nec talis malitia iudicari debeat ex malitia operis sicut præcedens: unde ergo iudicabitur? Respondeo iudicari ex regulis virtutis, vidento utrum talis affectus secundum se alii virtuti, ut *in animis gloria humilitatis*, opponatur. Nam ex ea oppositione speciali, intelligitur malitia species; atque ex illius quantitate notabilis, aut non notabilis, cognoscetur an sit malitia mortalis, an tantum venialis.

Nu.25.

Notandum est tertio, affectum efficacem inducere naturali affectus simplicis complacentiam; si is qui affectus, ab operis affectu executione ex hinc retrahatur, quod aduertat illum esse peccatum. Nam is qui opposita honestate permotus abilitet a peccati perpetratione, excludat se peccandi propositum. Idem etiam videtur dicendum, si quis ita retrahatur timore poenae, ut alia quoque ex parte, executio ipsa minime illi placeat. Nam perculsus tali timore (qui de se bonus est) vt patet ex Concil. Trident. sess. 14. cap. 4.) censeri potest

proprietum peccati exterioris a se excludere. Affectus igitur tunc propriæ efficacie se censebitur, cum operis executione, non obstante quod sit peccatum, sic aliqui placet ex omni alia parte, quod omnino incumberet ei; nisi metu pœnae aut alterius periculi retraheretur.

Nu.26.

Notandum est quartro, quando in affectu simplicis complacentia contingat notabilis oppositio, pugnantiae cum virtute, ex qua iudicandus sit peccatum esse mortale; doceri in particulari propositi aliquot exemplis ex quibus similiter de ceteris iudicari possit. Primum est superbia qua quis in propria excellentia, contra virtutem humilitatis notabilitet sibi complacet: vt Angelis primo peccatisibus contigit. Vbi adiutor quod sicut complacentia ex eo de se mala est, quod directe opponatur virtuti: ita etiam mortaliter aut ve-
nialiter aut malum ex eo esse, quod talis oppositio fuerit vel non fuerit notabilis. Id autem prudenti relinquatur determinandum ex regulis in præced. lib. 15. cap. 5. propositis.

Secundum exemplum est cōplacentia, quæ de quoquacunque peccato habet in quantum ipsum est contra Deum. Ea enim ex ordine ad Deum est notabilis contra charitatem, cui præcipue conuenit rectum facere voluntatis affectum erga Deum.

Tertium est complacentia de peccato, quatenus est contra legem vel mandatum Superioris: ea enim est notabiliter contra virtutem obedientie; quandoquidem haec primarie versatur in recta moderatione affectus interioris erga Superioris legem, mandatumve: ne scilicet agatur ex eius contemptu.

Nu.27.

Quartum est, complacentia de peccato, quatenus est cōtra proximum: ita nimirū, vt ipsum ideo placeat, quod proximi persona displaceat. Talis enim complacentia rationem habet odij, charitati directe repugnat. Sic delectari de homicidio ea ratione quia malum est proximi, propterea quod persona ipsius displaceat, constituit mortalem complacentiam: non autem delectari de eodem, ratione tantum alie-
ni utilitas vel commodi inde sequentis: vnde cum minimè displaceat persona, fit vt talis complacentia non habeat rationem odij directe repugnantis charitati: sicut nec amor proximi, rationem habet actus charitatis, si non sit ex complacentia persona; sed ex utilitate & commido quod ea ad fert. Exemplum ponit Caiet. in 1.2. quæst. 29. art. 1. de matre cui placet mores filij, eo quod ipsam nuptiū tradere nequeat. Nam complacentia ea non habet rationem odij inimicitiae, cum non displaceat persona: sed odij, vt idem vocat, abominationis: quo cum placeat persona, displaceat res eam attin-
gens: vnde opponitur amori cōcupiscentia, quo res placet: sicut odium inimicitiae opponitur amori amicitiae, quo placet persona; vt idem author ibidem recte explicat.

Pari modo, delectari de furto facto a se velab alio, quatenus est notabile dampnum proximi, cum rationem habeat odij inimicitiae ex displeasantia personæ, censendum est peccatum mortale; non autem delectari de furto propter utilitatem inde securari furi: aut propter subtilitatem & nouitatem modi, quo perpetratum est: quia id non est directe contra charitatem, cum nullam rationem includat odij inimicitiae; nec etiam directe opponatur virtuti iustitiae: cum sic delectari non sit facere, aut velle facere alteri iniuriam, ad quod impediendū, & suum cuiq[ue] redditum constituir virtus ipsa iustitiae; sed est habere simplicem affectum, excludentem operis executionem, per quam iniuria infertur alteri. Verumtamen quia facile est ex tali affectu prouenire odium persona (quo saltē pluris fiat oblectatio propria aut furis utilitas, quam proximi indemnitas) is merito vt periculosus debet vitari: dicitur consequenter & narrationes in colloquis, ac lectiones in libris, & in theatris representationes ex quibus idem excitatur ac fouetur.

Nu.28.

Quintum exemplum, est complacentia interioris de fornicatione aut osculis, vel tactibus impudicis apprehensionis sub ea ratione qua ex pleno consenuit delectationem carnalē affuerunt. Quæ complacentia peccatum est mortale: vt pote libidinosæ & venereæ, directe opposita virtuti castitatis: quæ moderatur non tantum exterioribus voluptatibus tactus, sed etiam, ac multo magis (pro condizione scilicet virtutum mortalium, quæ affectum mortalitatis sunt) interioribus voluntatis affectibus. Ex qua oppositione sicut habet, vt secundum fe ma-

fe mala sit: ita ex eo, quod notabilis sit (*prout censetur habitus de fornicatione & tacitus impudicis secundum se cogitari*) habet ut iudicetur mortaliter mala. Quia de re dicetur ex infinito in sequenti lib. 24. in quo tradenda sunt spectantia ad speciem rationem iudicandi de peccatis, habitus respectu ad octauum preceptum Decalogi.

N^o. 29. Sextum exemplum, est simplicis complacentiae de eis carnium in die prohibito: que non est de se mortalis, etiam proibitio eiusmodi tanquam facta notabilis de causa, obligat sub mortali. Namque preceptum humanum, cuius generis est illud quo sit eadem prohibitorum, tantum datur de actu externo, non autem de interno; nisi in ordine ad actum ipsum externum; prout in precedenti lib. 13. num. 21. expositum est: qui ordo cum nullus sit in affectu simplicis complacentiae: sane complacentia propria non est mala ex malitia eius carnium, quem habet quidem pro obiectione: non tamen ut cadentem sub predicta prohibitionem: quam simplex ipsa complacentia excludit: cum non sit affectus edendi carnis; sed tantum oblectatio accepta ex consideratione eius carnium: qualis effectus alipientes potantes in taberna, qui bibere non cuperet. Atque ita sit: ut simplex complacentia de eis carnium prohibito, non sit de se maioris malitia, quam similis, de eis carnibus non prohibito: unde si haec non est confenda malitia notabilis, nec illa censeri debet, & per consequens veniale solum esse.

Eadem etiam ratione complacentia de ludo sub mortali prohibito, et fieri potest solum venialiter mala: quia talis prohibito ad eam non extenditur. Unde ea non est peccatum, tanquam repugnante precepto de non ludendo tali ludo; sed tanquam contraria naturali precepto eutrapelia. Cui immoderate complacentia in ludo, perinde repugnat cum lodus non est, ac cum est prohibitus. In quibus tamen & aliis similibus, si motuum complacentia sit mortale, erit & complacentia mortalis: itemque si ea vestiatur aliqua alia mortali circumstantia.

N^o. 30. Ceterum de affectu simplicis displicantiae, num sit malus mortaliter, an solum venialiter, eodem modo iudicatur quo de affectu simplicis complacentiae: nempe videndo an directe repugnet charitati, aut notabiliter aliqui virtuti quae se cundum se moderatur ipsi quoque interiori affectui displicantiae seu tristitia. Sic enim odium, acedia, inuidia, quia sunt displicantiae repugnantes charitati, peccato suo genere mortaliter iudicantur esse (de quibus suo loco postea) & displicantia obediendi Superiori quatenus Superior est, mortaliter censetur, quatenus notabiliter opponitur obediencia, qua moderatur interior affectus Inferioris erga Superioris: & sic de similibus.

Adverte autem displicantiam non esse statim iudicandam mortalem, ex eo, quod sit de actu virtutis qui praecipitur sub peccato mortali: sed attendendum est ex quo motivo ca pto ueniat: si enim aliquis de elemosyna quam sub mortali facere tenet, tristetur eo quod cuperet ex tali pecunia rem aliquam villem emere, non peccat mortaliter; sicut nec qui de eiusdem Quadragesimali triflatur tantum ob molestiam corporalem quam adfert. Ad quod confirmandum induci potest quod non fuerit peccatum in Christo tristari de morte, quam sub precepto subire tenebatur quia de ea solum tristabatur, qua ratione erat naturae contraaria.

Modi peccandi consentiendo alteri peccanti.

S E C T I O N . II.

N^o. 31. Tertium documentum est: non cum solum peccare mortaliter, qui peccatum aliquod mortale committit, in cognoscendo est principius executor: sed etiam omnes alios (etiam si non finis similiter obnoxii censentur, irregularitatem & refutationem suis locis expounderunt) qui eidem culpae consentiunt, iuxta illud apostoli in fine 1. cap. epist. ad Romanos. Digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.) & tritum axioma usurpatum in fine cap. Novum, 2. quæst. 1. Facientem & consentientem per peccata confirmavit: quod ex citate loco D. Pauli defluptum esse indicant verba illa cap. 1. De officio delegati. Agentes & consentientes pari pena, scriptura testimonio puniuntur: ubi glossa in verbo pari pena, distinguit quadruplicem censum: unum negligentes, alterum consilij, tertium cooperationis, & quartum autoritatis seu defensionis.

Communiter vero novem distinguuntur modi consentiendi peccato, quos indicant duo senarij relati à D. Thom. 2. 2. quæst. 62. art. 7.

Iusitio, consilium, censensus, palpo, recursus.

Participans, mutus, non obiectus, non manifestans,

Quibus, inter rete Nauarri in Echir. cap. 11. num. 13. significatur cum consentire peccato, atque adeo illius reum constitui, qui et si non sit eiudem authoris principius executor, illud tamen vel iubet, vel consultat, vel ei consentit, vel laudat, aut receptat principalem ipsius authorem, vel eidem participat in tali peccato, vel cum teneatur & posset, ipsum sive verbo sive opere, non impedit peccare.

Porro ex eodem authore in cap. 17. num. 13. & aliquot sequentibus nomine iubentis praeter eum cuius imperio expresso vel tacto peccatum mandatur executioni, intelligitur etiam is qui procurat talentum executionis: vel si qui procuret graue aliquod damnum a potentiore inferiari alicui: quod interdum visu: ut familiaribus Regum & aliorum magnatum qui his aperient & proponunt modos & vias vexandi aliquos: itemque Aduocatis vel Procuratoribus, quorum artibus aliqui causa cadunt cum habeant iacobam. Obiter adverte, expressum in principio est: si quis expedit alteri precipiat rapere, vel interficere, vel aliud id genus facere: tamen vero, si quis alicui, qui ad ipsum imperium mouetur, dicat aliquid, vnde possit coniurare praecipuum perpetrandi facinoris, ut Opto vindictam sumi de tali: vel ei tale damnum inferri. Non mihi placabis, nisi hodie aliquid noui feceris, vel aliud sumile, vnde alter mente impetrantis intelligat.

Nomine autem confidentis intelligitur non modo is qui consulit scienter & dolose: sed etiam is qui bona fide quidem, sed non adhibitis studio & diligentia debitis ad veritatem asequendam: & itameri o moneret Nauar. non esse nimium sua scientia & prudenter in consilium fidendum. Addic intelligi non modo cum, qui consilium dat: sed eum etiam qui adhortatur, rogat, instruit, vilitatemque criminis ob oculos ponit: vel aliud simile facit, vnde alter mouetur ad illud perpetrandum.

Nomine vero contentientis intelligitur, non modo is qui consentire aliquid mortaliter malum perpetravit, suo nomine, sed etiam is qui suo nomine perpetratum, gratum, ratumque habet: quo modo Princeps mortaliter peccat, non tantum consentiendo ut a suis bellum iniustum geratur; sed etiam gratum, ratumque habendo gestum.

Nomine porro laudantis intelligitur, non tantum is, qui indulti am, fortitudinem & huiusmodi alia in peccante commendat: sed is etiam qui ignaviam, animum abiectionem, & similia in eo vituperat, exprobaret, irridet, & mouetur ad perpetra iocundem peccati.

Nomine praeterea receptantis intelligitur non tantum is, qui frequenter, sed etiam is qui semel recipit peccantem: aut alio modo securitatem illi praebet in fauorem sui peccati. Nam quamvis verbum receptandi grammaticis sit frequentatum: in hac tamen doctrina vobis obtinuit, ut in significazione sui primiti hinc est, verbi recipienda, usurpetur, quemadmodum vobant Angelus in verbo Hæreticus num. 23. & Sylva in verbo Hæreticus 1. num. 10.

Nomine denique participantis intelligitur is qui peccanti praebet auxilium in peccando: ut qui ei cooperatur sive ministerando instrumenta, quibus exequatur scelus; sive se solum ei adiungendo in excutione; sive eum comitando, quanto tuis aut commodius exequatur. Ceterum tria reliqua nomina mutus, non obstante, non manifestans, accipienda sunt prout sonant: & est addenda eis particula, cum teneatur & posset: quia ut alicui peccatum ideo imputetur, quod omisit illud impedit, non est satis quod impedit potuerit, nisi ad id etiam teneretur; hoc est, non sufficit potest sine obligatione, ut ex D. Thoma & Caet. habet in cit. cap. 11. num. 13. Nauar. & patet per doctrinam de peccato omissionis traditam in praedicto lib. 13. cap. 2. Ea autem obligatio esse potest vel ex lege charitatis, qua omnes interuenientibus quibusdam circumstantiis, tenentur obuiare peccato committendo a proximo: vel ex lege iustitiae, ex qua multi simili ter teneantur obuiare ratione officij, quod gerunt, vel stipendijs quod accipiunt.

Præceptum diuersi generis comparatio in-
ter se.

SECTIO III.

Nu. 33.

Quartum documentum est: præcepto naturali positi-
quum, & huic, humanum cedere. Cuius ratio redditur;
quod Christus sua lege noluerit quidquam de iure natura-
mutare; nec homo quidquam contra ius natura Deique
voluntatem posuisse mutare. Id quod intelligi debet pro-
cedere, quando duorum præceptorum materia concurre-
cum omnibus circumstantijs requirit ad ipfum obliga-
tionem; ita nimur ut ius positivum nihil operetur aliud
circa materiam iuri natura, quam quod habeat suum, cum
illa concurrentem: vt accidit cum ad succurrentem extre-
me laborati, quod est iuri natura, omittitur Missa auditio
in die festo, qua iuri est positiu. Ratio vero cur debeat sic
intelligi, est: quod si præceptum positivum, circa naturale:
aut humanum, circa diuinum ita operetur, vt aliquam cir-
cumstantiam tollat in ipsius materia necessariam ad obliga-
tionem, tunc non cedat sed vincat: non tanquam fortius &
habens maiorem obligandi vim, sed tanquam remouens
aliquid quod necessarium ei est ad inducendam obligatio-
nem.

Nu. 34.

Sic præceptum est naturale, rationisve naturalis obliga-
tio, vitandi scandalum; sed interueniente duplicitate circumstan-
tia, prout patet ex iis quæ dicta sunt in præced. lib. 14 in prio-
re parte quarti capituli. Altera est, vt operatio illa, ex qua fu-
mitur occasio peccandi, si omnino voluntaria & libera, id
est, fiat tantum vt operans obsequatur animo suo: altera ve-
ro vt occasio peccandi suum naturam ex ignorantia, aut ex infi-
mitate, non ex malitia. Iam vero præceptum positivum ali-
quid præcipiens, facit vt operetur quis, non vt obsequatur
animo suo, sed vt aliquid necessitati securia. Vnde concur-
fers cum antedicto præcepto de vitando scandalum tollit pri-
orem circumstantiam ipsius: sicutque fit vt non cedat eidem. Et
ita, prout loco cit. annotatum, puer ex cuius aspectu aliquis
exardecit, non tenetur vitare tale scandalum, si ex præ-
cepto Ecclesiæ ei audeundum sit templum, ad Missam audiendam:
vel si ille taliter turpidiñ ex malitia sit obnoxius. Si
militer ius naturale, recte ratio præcipit studendum esse
omni ope conseruatione Reip. sed cum hac circumstantia:
dummodo aliud maius bonum non possit: qua in circumstan-
tia cum contingat tolli per præceptum diuinum positi-
vum de seruando secreto in foro penitentiali (quando-
quidem bonum maximum omnium est: conseruationem ha-
beri in prelio, & malum maximum omnium ab illa homines
alienos esse) fit vt ne quidem pro seruanda repub. violandū
sit tale secretum. De qua re dictum est ex instituto in præ-
cedentib. 3. cap. 2. Eadem etiam naturalis ratio præcipit stu-
dendum esse conseruationi vita propria: sed cum hac cir-
cumstantia: dummodo maius bonum non obstat. Vnde Car-
thusianorum abstinentia a carnibus, etiam in periculo mor-
bi optime defendi potest: quia maius bonum est obser-
vare regidam regulam in tota religione, quam damnum vita
adseriri vniagroto.

C A P. IV.

De diversitate præceptorum.

SUMMARIUM.

- 35 Diuisiones præcepti ex materia, & ex forma.
- 36 Diuisiones ex fine, & ex efficiente.
- 37 Peccata que nulli speciali virtutis repugnant.
- 38 Quando diuersorum præceptorum transgressionem tantum com-
mittatur unum peccatum, & quando plura.
- 39 Præceptum affirmatiuum semper includit negatiuum: hoc ve-
ro illud plerumq. quidem, sed non semper.
- 40 Vnde dictus Decalogus, ipsamq. esse compendium eorum om-
nium quo agenda sunt, itemq. anima & quasi speculum.
- 41 In sacris literis commendatur Decalogi non modo cognitio, sed
etiam obseruatio.
- 42 Requisitavt talis obseruatio sit fructuosa.
- 43 De quibus daras sunt præcepta Decalogi, & quam sit necessaria
illorum cognitio.

44 Ratio denary numeri præceptorum Decalogi.

45 Triplex discernit in modo, quo eadem præcepta habentur tra-
dicta in Decalogi.

46 Triples ordo inter præcepta Decalogi.

Nu. 35.

Hæc diuersitas innoteat ex variis modis quibus diui-
ditur præceptum: præcipios attigit sufficiet sumptos
ex ipsius causis. Primo igitur ex materia, præceptum diuidi-
tur in generale & speciale: quorum illud iubet bonum, &
vetat malum in genere: vt datum in Psal. 23. Diuerte à malo
& fac bonum: vel in genere præcipit obseruationem man-
datorum: vt datum Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua
mandata. Hoc vero vel certæ atque specialis virtutis actus
præcipit, vel specialis virtutis actum prohibet. Quod rursus
distinguitur in illud quod est de pertinentibus ad charitatem,
& in illud quod de pertinentibus ad iustitiam: & in illud
quod de pertinentibus ad ceteras virtutes.

Secundo, ex forma diuiditur præceptum: primo quidem
in affirmativum & negativum: quorum illud imponitur in-
bendo, & hoc inhibendo: seruandumq; est omni tempore,
non item illud: sed instantum temporibus, quæ vel recta ratio
ex inspectione circumstantiarum, vel Superioris decre-
tum prescripsit: quod si difficultas aliquid aliquando
habet, id declaratur cum de unoquoq; tali præcepto in par-
ticulari agitur. Secundo vero ex forma, præceptum diuidi-
tur in commune & in priuatum: quorum illud est, quod ob-
ligat totam communiam, non singulos securum: vt præ-
ceptum matrimonij Gen. 2. Crescite & multiplicamini: &
præceptum sacrifordis Luc. 22. Hoc facite in meam com-
memorationem. Istud vero, priuatum inquit, est, quod o-
mnes & singulos obligat: vt præceptum de diligendo Deo
& proximo, & alia pene innunera.

Tertio, ex fine præceptum diuiditur in morale, quod ad
rectam morum institutionem: cæmoniale, quod ad Dei
cultum: & iudiciale, quod ad iudicium inter homines per-
tinet. Quæ tria genera in omni lege fuerunt tam naturali,
quam Mosaicæ & Euangelica: sed ita ut duo posteriora di-
uersa essent in diuersis legibus, & primum idem esset in om-
nibus.

Quarto, ex efficiente ad diuisionem legis diuiditur præ-
ceptum in naturale, supernaturale, humanum, & mixtum:
quorum naturale complectitur omnis moralia, data de iis
quæ secundum se bona sunt, aut mala. Supernaturale vero
in lege Euangelica, in qua sola nunc locum habet, continet qua
data sunt à Christo de Sacramentis. Humanum potio comple-
ctitur quodcumq; sive Ecclesiasticum sive ciuile: & est
aut commune, quod pertinet ad omnes ciuiscumq; statutis:
aut particulae, quod spectat ad certum hominum statutum.
Mixtum denique censetur potest continere tam omnia quæ
sunt iuri gentium, tamquam partim naturalia, partim huma-
na: eo modo quo exp. statutum est in præced. libr. 13. num. 40.
tum etiam tria prima Decalogi præcepta, partim naturalia,
partim supernaturalia: hoc nomine, quod ipsa sint quidem
maxime conscientiae rationi naturali: ad ea tamen ratio ipsa
attinere non possit, nisi lumine supernaturali (vt habet So-
tus in 2. deu. & iure, quæst. 3. art. 1.) sit illustrata, ob rei ci-
licet de qua dancur cœlitudinem: quæ est summi veriq; Dei
cultus; radio magisterioq; supernaturali indigen, vt omnibus
mortaliibus, prout oporet, clarescat: quemadmodum ibi-
dem S. us loquuntur: perinde ac secundæ tabule præcepta, re-
spectu rudiorum indigent magisterio humano.

Circa primam diuisionem pro præcepto in iudicio de pecca-
tis: notandum est t. multa esse peccata, quæ (cum non sint con-
tra specialem vi tutem, sed generaliter contra syndicem, rectam
rationem) generaliter tantum præcepto, non aliqui speciali,
repugnare censemur: vt peccandi intentio in communi, est
contra syndicem, quæ in genere dicat malum esse fugien-
dum; & seipsum interficere, est contra rectam rationem, quæ
id vetat: quantumcumq; fiat sine alterius iniuria, sive priuata,
sive etiam communis Reipub, vt si quis esset Reipub. omni-
no inutilis, velletiam perniciosus.

Notandum est secundo, peccatum quod committitur con-
tra speciale præceptum contentum in generali, non nisi vnu
esse, commissum vero contra plura specialem præcepta, est
plura peccata; iuxta Nauar. in Enchir. cap. II. num. 4. Cuius
notabili-

Nu. 36.

Nu. 37.

Nu. 38.